Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



sa quantitate sumendi mensuram refectio
nis excedit; Nonnumquam uero et abiectius
ē quod desiderat. et tamen ipso aestu in m̄si
desiderii deterius peccat; Quae uitiorum
tempora melius ostendimus. Si haec exem
plis euidentioribus approbemus. mostis
quippe sententiam patris ore ionathan
meruit. quia in gustu mellis constitutum
aedendi tempus antecessit; et ex egypto
populus eductus in heremo occubuit, quia,
dispecto manna, cibos carniū petiit.
quos lautiores putauit; Et prima filiorum
heli culpa subostaē. quod ex eorū uoto
sacerdotis puer. non antiquo more coc
tas uel et de sacrificio carnes accipere
sed crudas quaerere et quas accuratius
exhibere; Et cum ad hierusalē dicitur.
haec fuit iniquitas sodomae sororis tuae.
superbia saturitas panis et abundantia;
Apeste ostenditur quod id circo salutē
perdidit quia cum superbiae uitio mensurā
moderatae refectionis excessit; hinc
primogenitorum gloriā esau amisit.